

44

Bulla Clementis  
vii. Lecta in Lena  
Domini anno  
**D. D. XXVII.**  
que multo grauius  
antea; daninat;  
ferit; fulminat.



# CLEMENS

Episcopus , seruus

seruorum dei , ad futuram rei memoriam .

¶ Consueuerunt Romani Pontifices , p̄decessores nostri , ad retinendā puritatem religionis Christianæ , & ipsius unitatē , quæ in cōiunctione mebroꝝ ad unū caput , Christum uidelicet , eiusq; Vicarium principaliter consistit , & sanctā fidelium societatem ab offensione seruandā , arma iustitiae , per ministeriuꝝ Apostolatus in p̄senti celebritate exercere .

¶ Nos igitur uetussum & solēnem hunc morem sequentes excōunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotētis Patris & filii & spiritus sancti , auctoritate quoq; beatorū Apostolorum Petri & Pauli ac nostra , omnes Hæreticos , Gaziros , Paterenos , Pauperes de Lugduno , Amaldistas , Speculatoris , Passagerios , Vicleffistas , seu Visitas , Fraticellos de opinione nuncupatos , Necnon per se . re . Leonem Papam . X . p̄decessorem nostrum superioribus annis damnatam impiam & abominabilē Martini Lutheri hæresim sequētes . ipsiq; Martino , quomodo nisi puniti possit , quomodo libet fauētes & quoslibet alios hæreticos , quocūq; nomine censeātur , ac omnes autores , receptatores , libroruꝝ suorū aut quoruꝝ uis aliorū eiusdem sectæ sine auctoritate nostra & sedis Apostolicæ quomodo libet legētes aut in suis domibus tenentes , p̄terq; ad illos imp̄bandū & dānandū , aut imprimentes , seu quomodo libet defendētes ex quauis causa publice uel occulte , quouis ingenio uel colore , & generaliter quoslibet defensores eorundem .

¶ Item excōunicamus & anathematizamus oēs Piratas , Cursarios , Latrūculos Maritimos , & illos p̄cipue , qui mare

nostrū a monte Argétario usq; Terracinā discurrere & nau-  
gātes in illo deprædari, mutilare, interficere, ac rebus & bo-  
nis suis spoliare presumpserunt hactenus & psumūt, ac oēs  
receptatores eorūdē & eis auxiliū dantes, p̄siliū uel fauorē.  
¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes, qui  
in terris suis noua pedagia imponunt, uel prohibita exigūt.  
¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes Falsa-  
rios bullarum, seu litterarum Apostolicarum, & supplicatio-  
num, gratiam, uel iustitiam concorrentium, per Roma-  
num Pontificem uel Vicecancellarium, seu gerentes ul-  
tes eorum aut officium Vicecancellarii. S. R. E. de man-  
dato eiusdem Romani Pontificis signatarum, aut sub no-  
mine eiusdem Romani Pontificis, Vicecancellarii, aut ge-  
rentium uicem prædictorum signantes supplicationes eas-  
dem, extendentes Capitulum. Ad falsariorum, cum omni-  
bus pœnis in eo contentis ad falsificantes, seu mutantes sup-  
plicationes per nos seu de mandato nostro signatas & data-  
tas sine nostra & Datarii nostri licentia.

¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes illos,  
qui Equos, Arma, Ferrum, lignamina, & alia prohibita defe-  
runt Saracenis, Turcis, & aliis Christiani nominis inimicis,  
quibus christianos impugnant, quibusuis priuilegiis & p̄ceſ-  
ſionibus quibuscumq; principibus, aut dominiis, seu priua-  
tis personis p̄ nos et sedem prædictam hactenus forsan con-  
cessis, quas illis nolumus in aliquo suffragari.

¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes impe-  
diētes seu inuadentes uictualia etiam uina, seu alia que cūq;  
ad usum Ro. Curiæ necessaria tā per mare nauigiis quibus-  
cūq; q̄ per terram adducentes, uel qui ne ad Curiam ipsam

adducantur , uel deferantur retinente , auferunt , prohibeunt ,  
uel impediunt . seu perturbant , uel qui talia faciunt aut fie-  
ri mandant , seu facta rata habent , uel defendunt , cuius-  
cunq; fuerint ordinis , præminentiae , conditionis & status ,  
etiam si Republicæ & illarum Gubernatores ac Rectores  
fuerint , & Pontificali , Regali , aut alia quavis ecclesiastica ,  
uel mundana præfulgeant dignitate .

**C**Item excōmunicamus et anathematizamus omnes illos  
qui ad sedem predictam uenientes , et recedentes ab eadē ,  
Necnon omnes illos , qui iurisdictionē ordinariam , uel de-  
legatam aliquam non habentes in eadem Curia morantes ,  
temeritate propria rapiunt , spoliant et detinent , aut ex  
proposito deliberato uerberare , mutilare , uel interficere  
præsumunt , et qui talia fieri faciunt , seu mandant .

**C**Item excōmunicamus et anathematizamus omnes teme-  
re mutilantes , uerberantes , vulnerantes , interficientes , capi-  
entes , carcerantes , et detinentes Patriarchas , Archiepisco-  
scopos , et Episcopos eorumq; mandatores .

**C**Item excōmunicamus et anathematizamus omnes illos ,  
qui per se uel alium seu alios , quascunq; personas ecclesiasti-  
cas , uel seculares , ad Romanam curiā , super eorum causis  
et negotiis recurrentes , illaq; in eadem Curia prosequentes  
aut procurantes , negotiorumq; gestores , aduocatos , uel  
procuratores ipsorum , uel etiam auditores , seu iudices su-  
per dictis causis , seu negotiis deputatos , occasione causa-  
rum uel negotiorum huiusmodi uerberant , mutilat uel oc-  
cidunt , seu bonis spoliant ac illos , qui ne litteris et manda-  
tis apostolicæ sedis et legatorum ac nunciorum et iudicium  
delegatorum eiusdem gratiam , uel iustitiam concernentie

bus , decretisq; super illis , et cæteris iudicatis , processibus  
et executoriis , nō habito primūn eorum beneplacito ,  
et assensu pareatur , per eorum litteras , executoriales nun/  
cupatas et certo pretio soluto , neue tabelliones et Notarii  
sup huiusmodi litterarum , et processuum executiōe , instru/  
mēta uel acta cōficere , aut facta parti cuius interest , tradere  
sub grauissimis pœnis prohibet , statuere , seu mādare , quiue  
in anima & eorūdem periculum , se a nostra , et Ro. Pōt . pro  
tempore existēt . obediētia p̄tinaciter subtrahere , seu quomo  
dolibet recedere p̄sumunt , quiue iurisdictiones , seu fructus  
redditus , et puentus ad ecclesiasticas personas ratione eccle/  
siarum , monasterior̄ et alioḡ beneficiorū ecclesiasticorum  
per eas obtentorum pertinentes usurpant uel surripiūt , seu  
quauis occasione uel causa sine Ro. Pont. expressa licentia  
sequestrant , uel quip se , uel aliū , seu alios directe uel indire/  
cte p̄dicta exequi , uel p̄curare aut in eisdē cōsilium , auxiliū  
uel fauorem præstare nō uerent , cuiuscūq; præminentiae ,  
dignitatis , ordinis , conditiōis , aut status fuerint , etiā si Ponti  
ficali , Regali , Reginali uel quauis alia præfulgeat dignitate .  
Innowamusq; decretū sup his in moderno Lateranē . Cōci/  
lio editum , etiam cum omnibus pœnis in eo contentis .

**C**Itē excōmunicamus , et anathematizamus omnes , muti/  
lantes , uulnerantes , et interficiētes , seu capiētes , et detinētes  
seu deprädātes Romipetas , et peregrinos ad Vrbem cauia  
deuotiōis . seu peregrinatiōis accedētes , et in ea morātes uel  
recedētes ab ipsa , et in his dantes auxiliū , cōsiliū , uel fauorē .

**C**Itē excōmunicamus , et anathematizamus illos q;  
per se uel aliū , seu alios directe , uel indirecte , sub quoconq;  
titulo uel color̄ occupāt , detinēt , uel hostiliter destruūt , seu

Inquadrunt, aut occupare, detinere, uel destruere, aut inuader  
hostiliter præsumūt in totū, uel in partē, almā Vrbē, Regna  
Siciliæ seu Trinacriæ, Insulas Sardinæ et Corsicæ, Terras  
citram pharum, Patrimonium beati Petri in Tuscia, Ducatū  
Spoletanū, Comitatū Venaysinum, Sabinēsem, Marchiæ  
Anchonitanæ, Nafsiæ Trebariæ, Romandiole, Capaniæ, &  
Maritimæ priuicias illarūq; terras & loca, ac terras specialis  
cōmissiōis Arnulfoq;. Ciuitatesq; nostras Bononiā, Ferrariā,  
Beneuentum, Perusiam, Auinionem, Ciuitatem castelli, Tu-  
dertū: & alias Ciuitates, Terras: & loca, uel iura ad ipsam Ro.  
Ecclesiasticā spectantia & pertinentia: & adhærentia, ac fauto-  
res & defensores eorum, seu in his dantes auxilium, consili-  
um uel fauorem.

¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes & sin-  
gulos Vicecācellarios, & consiliarios ordinarios, & extraor-  
dinarios quorūcūq; Regū & Principū ac Cancellariorū, &  
Cōfilioq;, ac parlamentoq;, Necnō procuratores generales  
eorūdē: uel aliorum ptincipum secularium, etiam si Impe-  
riali/Regali/Ducali, uel alia quacūq; præfulgeat dignitate,  
necnon Archiepscopos/Epos/Abbates/ & Cōmendatarios,  
eorūq; Vicarios, & officiales qui per se uel aliū seu alios qua-  
rūcūq; exēptionū uel aliarum gratiarum & literarum Apo-  
stolicarū, necnō decimāq; & beneficiales ac alias spirituales,  
& spiritualibus ānexas causas, ab Auditoribus et cōmissariis  
nostris (ut eoq; uerbis utamur) auocāt ac executiones moni-  
toriorum/citationū/inhibitionū/sequestroy/executorialiū,  
et alitāq; literāq; Apostolicarū tam gratiā q̄ iustitiam concer-  
nentiū, a nobis necnō Camerario et præsidentibus Cameræ  
Apostolicæ, ac Auditoribus et cōmissariis Apostolicis, in eis/

eisdē causis pro tempore emanatarū, illarūq; cursum, & audiē  
tiam ac personas, capitula, cōuentus & collegia causas ipsas  
prosequi uolētes auctoritate laicali impediūt, & se de illarū  
cognitioē tāq; iudices intromittere, ac partes astrices q; illas  
cōmitti fecerut, et faciūt, ad reuocandū seu reuocari facien/  
dūt citationes uel inhibitiōes aut alias literas in eis decretas,  
et ad faciendū eos ; cōtra quos tales inhibitiōes emanarūt a  
cēsūris et poenis in illis cōtētis absoluī, ordinat uel cōpellūt.  
**I**te excommunicamus, et anathematizamus oēs Sanctarum  
reliquiarū, et ornamentorum ecclesiasticorū quorumcunq;,  
calicū, crucum, candelabroq;, thuribuloq;, uasorū argenteorū  
& aureorum, ac uestium Sacrarū ad diuinū cultū et usum de/  
putatarū ex Basilicis et Ecclesiis tam Vrbis q; extra illius  
moenia cōsistētibus, et aliarum quarūcūq; rerū in ipso Vrbe  
tempore illius direptionis usq; in p̄tēsentē diē nequiter abla/  
tarū ablatores sacrilegos, et illoq; seu occupatores ac quos/  
cūq; alios ad quos manus res ipsæ quoq; titulo et ex qua  
uis causa sc̄eret puenerint et existat; etiā si notitia ex p̄tfa/  
cto ad eos puenerit, si illa nō restituerit, cuiuscūq; fuerint or/  
dinis uel p̄eminētia, cōditiōis et status, etiā si P̄otificali, Re/  
gali, R̄eginali aut alia quauis Ecclesiastica uel Mundana p̄ful/  
geat dignitate, qbusuis priuilegiis et cōcessionibus, etiā eli/  
gēdi cōfessorē cū potestate absoluēdi a qbuscūq; casibus,  
quibuscūq; personis per nos et sedem p̄dictam hactenus  
forsan cōcessis, quas illis nolumus in alquo suffragari.

**I**tem excommunicamus et anathematizamus omnes et sin/  
gulos illos etiā si Patriarchali, primatiali, Archiep̄iscopali,  
Ep̄iscopali uel maiori Ecclesiastica, aut Imperiali, Regali,  
Reginali, Ducali uel alia quauis p̄fulgeat dignitate, honore

seu præminetia , qui sub quibusuis poenis quibuscūq; psonis  
in genere, uel specie, ne aliquis litteras Apostolicas etiam in  
forma brevis tam gratiā q̄j iustitiā cōcemeñ. etiā citationes  
et executoriales, q̄ a sede prædicta emanarūt et pro tépore  
emanabūt, sine eorum uel Principum beneplacito et exami  
ne executioni demandet , inhibent, ac notarios , executores  
uel subexecutores literarum, monitoriorū, citationū, et inh  
ibitionum hm̄oi capiunt, incarerant, et detinent uel capi et  
incarcerari et detineri faciunt, et qui ex eorum officio uel ad  
instantiam quorūcūq; personas ecclesiasticas et capitula, cō  
uentus et collegia Ecclesiasticū quarūcūq; coram se ad eorū  
tribunal, audienciac, cancellariam, cōsiliū, uel parlamentum  
trahūt ac præter iuris cōmuni dispositionē trahi faciūt, uel  
procurant, directe uel indirecte, quo quis quæsito colore, uel  
ingēio, necnō q̄ statuta, ordinationes, cōstitutiōes pragma  
ticas, seu quæuis alia decretā in genere uel specie ex quavis  
causa, et quo quis quæsito colore ēt sub p̄textu literarū apo  
stolicarum in usu nō receptarū et reuocatarū hastenus feces  
runt, ordinarunt, seu publicarūt, ac facient, ordinabūt seu pu  
blicabūt in futurū p̄ quas et quæ libertas ecclesiastica tolli  
tur seu in aliquo lēditur uel deprimitur, aut alias quoquo  
modo restrigitur, seu nostris et apostolicæ sedis iuribus quo  
modolibet tacite uel expresse, directe uel indirecte præjudi  
catur, Declaratēs nihilominus ac protestatēs, prout tenore  
præsentium declaramus, ac expresse prestamur absolutionē  
hodie uel alias etiā solēniter per nos faciēdā præfatos supra  
nō inatos et qualificatos ac Vicecancellarios, cōsiliarios et p  
curatores, ac alios excōicatos p̄dictos nisi prius statūtā  
ordinationes, constitutiones pragmaticas et decretā hm̄oi

publice reuocarint , & ex Archiuis seu capitulo ribus locis  
aut libris, in quibus annotata reperiuntur deleri & cassari , ac  
nos de reuocatiōe & cassatiōe huiusmodi certiores fecerint  
& alias a præmissis cum uero proposito ulterius familia non  
cōmittendi destiterint comprehendere,nec illis aliter suffra  
gaturam fore,ac insuper in præmissis omnibus & singulis ac  
aliis qbuscūq; iuribus sedi Apostolicæ,a,S.R.E.undecūq;  
& quomodolibet quæsitis seu querēdis per quoscūq; actus  
contrarios aut quomodolibet præiudicantes,tacitos uel ex  
præssos a nobis uel sede prædicta quomodolibet factos,aut  
fiendos,seu quécung; téporis fluxum seu patiētiam,uel tole  
rantiam nostram nullatenus præiudicari posse ,aut debere.

**C** Non obstantibus quibuscūq; priuilegiis , & indulgētiis ,  
ac literis Apostolicis, generalibus uel specialibus,eis uel eorū  
alicui, uel aliquibus cuiuscūq; ordinis, status, uel cōditionis,  
dignitatis, uel præminentiaz fuerint, etiā si (ut premittitur)  
Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, seu quauis alia eccl  
esiastica, uel mundana præfulgeant dignitate, a predicta sede,  
sub quauis forma, uel tenore concessis, quod excōmunicari,  
& anathematizari non possint , per literas Apostolicas non  
facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum , de  
indulcio huiusmodi, ac ordinibus, locis, nominibus propriis,  
cognominibus & dignitatibus eorum mentionem , nec non  
consuetudinibus , & obseruantib; scriptis , & non scriptis . &  
aliis contrariis quibuscūq;, per quæ contra nostros pcessus  
huiusmodi, ac sententias, quominus includātur in eis, se iuu  
re ualeant , aut tueri & quæ quo ad hoc, penitus tollimus , &  
omnino reuocamus, & a quibus quidem sententiis, nullus per  
aliū quā per R.o. Pontificem, nisi in mortis articulo cōstitu

tus,absoluti possit,nec etiam tunc,nisi de stando Sancte Ros  
manæ Ecclesiæ mādato , satisfactione & sufficieti cautione  
præstitis,etiam p̄textu cōfessionalium,seu quarumuis facul  
tatum uerbo,literis,aut quauis alia scriptura,etiam in qua quod  
sola signatura sufficeret, & quævis derogatoriariū derogato  
riæ fortiores , & efficaciores insolitæ clausulæ apparerent,  
quibusuis psonis cuiuscum præeminentiæ,digitatis,condi  
tionis,aut itatus fuerint,etiam si,ut p̄mittitur, P̄tificali, Impi  
ali,Regali,Reginali,uel quauis alia præfulgeant dignitate,  
Religiosis & secularibus utriuscum sexus,Capitulis,Collegiis,  
conuentibus,ordinibus et mendicantiū,& militiae,Hospita  
libus,Cōfratriis,Vniuersitatibus cōcellarū a nobis,uel a p̄di  
cta sede & quas cōcedi quomodolibet cōtingeret in futur.

**C**illos autem qui contra tenorem præsentium talibus,uel  
eorū alicui seu aliquibus absolutionis beneficiū impendere  
de facto p̄sumperint,excommunicationis, & anathematiza  
tionis sententia innodamus eisq; prædicationis,electiōnis,ad  
ministratiōnis sacramentorum,& audiēendi confessiones offi  
cia interdicimus, prædicētes, & declarantes aperte trāgres  
toribus, & contemptoribus præd. etis nos grauius cōtra eos  
spiritualiter & temporaliter prout expedire cognouerimus,  
processuros & nihilominus quicquid egerint aboliuēdo,uel  
alias , nullius sit roboris,uel momenti.


**C**Ut autem hīmō nostri processus, ad cōmunem omnium  
notitiam deducantur,chartas,seu membranas,processus con  
tinētes eosdem,in ualuis Basilicarum: Principis Apostolor.  
&.s. Ioannis Lateranensis necnon in acie Campi Floræ de  
Urbe,affigi,seu appendi faciemus , quæ processus ipsos suo  
quasi sonoro præconio , & patulo indicio publicabunt, ut

hi quos processus huiusmodi continguit; quod ad ipsos non  
peruenerint aut ipsos ignorauerint, nullā possint excusatio/  
nem prætendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit uer  
isimile, quo ad ipsos remanere incognitum, quod tam pa  
tenter omnibus publicatur.

**C**Verum ut præsentes literæ, ac omnia, & singula in eis cō  
tentæ, eo siant notiora, quo in plerisq; Ciuitatibus, & locis  
fuerint publicata, Venerabilibus fratribus nostris Patriar  
chis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis ac Locorum  
Ordinariis ubilibet cōstitutis, per hæc scripta cōmittimus,  
& in uirtute Sanctæ obedientiæ districte præcipiendo man  
damus, quatinus per se uel alium seu alios præsentes literas  
postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, sal  
tem semel in anno, aut pluries, prout expedire uiderint, in  
ecclesiis suis dum maior in eis populi multitudo ad diuina  
conuenerit, solēniter publicent, ad Christifidelium mentes de  
ducant, nūntient, & declarent.

**C**Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam no  
strorum excommunicationis, anathematizationis, reuocatio  
nis, innovationis, interdicti, commissionis, & mandati infrin  
gere uel ei ausu temerario contraire.

**C**Si quis autem hoc attentare præsumpscerit, indignationē  
omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorū  
eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum  
Anno Incarnationis Dominicæ, M . D . X X I X , Octauo  
Caleñ, Aprilis Pont, Nostri Anno Sexto.



HEN. DE BVSSE YO

**A**nno a iactitate Domini millesimo quingentesimo, uige  
simonono, indictione secunda Pontificatus Sanctissimi in  
Christo Patris & domini nostri, domini Clementis diuina  
prouidentia Papæ. **VII.** Anno eius. **VI.** die uero. **XXV.**  
mensis Martii, Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ &  
publicatæ fuerūt in principiis Apostolorum de Urbe & S. Io.  
Lateranen. basilicæ etiam de Urbe ualuis, ne cōnacie Capi  
Floræ, ut moris est, p me Ioānem Roberti plibati. S. D. N.  
Papæ Cursorum.

**S**imon de Bellauilla pro magistro Cursorū.

**C L E M E N S E P I S C O P V S**

Seruus seruorum Dei, ad Futurā rei memoriam,

**I**cet singulis annis, hac die solenni missæ in Capella no  
stra Pontifícia celebrādæ interesse, eaq; peracta, ad soli  
tum Benedictionis locū processionis ordine accedere, atq;  
ibidem eam Bullam, qua cauetur de sancta fidelium societate  
ab omni offensione præseruāda, facere pmulgari ac demū  
Benedictionis munus sup populo impartiri cōsueuerimus,  
sed ob aduersam ualitudinem, quæ tres fere menses nos cor  
ripuit, & tandem diuina benignitate liberati sumus, medici  
uerentes, ne ex motu & agitatione soplitus morbis repullula  
ret, iudicarunt nobis ab huiusmodi officio p̄stat. do esse sup  
sedēdum, Nos eoꝝ consilio, qui hæc ad ualitudinē spectan  
tia optime norunt, maluimus acquiescere, q; nostræ pruden  
tię inniti, Quapropter constituimus & mādauitmus eandem

bullam in Aula signaturae coram nobis & sancte R.o.ecclesias  
Cardinalibus latino sermone per Subdiaconum nostrum legi  
ac promulgari, Decerneñ. per hanc Bullam. eiusmodi pro/  
cessus continentem, sicut perficitur, lecta & publicata omnes &  
singulos quibuscumque celsuris & poenis in ea explicatis astrin-  
gi & alligari, eisdemq; processibus pinde coarctari ac si bulla  
ipsa in constituto benedictionis loco etiam cotam uniuerso  
populo in Platea basilicæ diuini Petri congregato, & a nobis  
post bullam promulgatam solenniter benedici expectante,  
lecta, publicataq; fuisset. Nulli ergo omnino hominum  
liceat hanc paginam nostri decreti infringere uel ei ausu teme  
ratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit,  
indignationem omnipotentis Dei, ac Beatoꝝ Petri & Pauli  
Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romæ apud sanctu Petru Anno Incarnationis Do-  
minicæ. M. D.XXIX. VIII, Kal. Aprilis, Pont, Nostri  
Anno sexto.

## H E N . D E B V S S E Y O .

**T**enor Decreti Concilii Lateraneñ. contra arripientes  
uel sequestrantes fructus beneficiorum uel ecclesiast-  
icu line expissa licentia. R.o.Pont. qui cotinetur in Bulla Re/  
formationis lecta in nona sessioe Concilii Lateraneñ. de quo  
fit mentio in superiori Bulla folio tertio, est infra scriptus.

**C** Leo Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei  
memoriam. Sacro approbante concilio, supernæ dispositio-  
nis arbitrio &c.

**C**Et cum fructuum Ecclesiarum Cathedralium & Metro-  
politañ. Monasteriorumq; & aliorū quorūcung beneficio-  
rum ecclesiasticorum plenaria dispositio , & administratio  
ad nos & R.o.Pont. pro tempore existēn . & illos etiam qui  
eiusmodi ecclesiās, Monasteria & beneficia iure & Canonice  
obtinent, solum pertineant, secularesq; Principes omni etiā  
diuino iure id prohibente, dictis ecclesiis, Monasteriis ac be-  
neficiis intromittere se nullatenus debeant, Statuimus & or-  
dinamus ut fructus, redditus & prouentus ecclesiārū, Monas-  
teriorum , ac beneficiorū per seculares ullos Principes,  
etiam si Imperator, Reges , Reginæ, seu Respublicæ uel  
Potentatus fuerint, aut per eorū officiales seu Iudices etiam  
ecclesiasticos, uel quascūq; alias personas publicas, uel priua-  
tas de eorundem Imperatoris , Regum , Reginarumue , ac  
Principum, rerumq; publicarum uel potentatuum mādato-  
sequestrari, occupariue, aut aliquo modo detineri, ipsiq; hu-  
iusmodi ecclesiās, Monasteria, ac beneficia obtineñ. sub præ-  
textu Fabricæ, instauratiōnisq; sine R.o.Pont. pro tempore  
existētis expressa licētia, aut elemosinarum, seu quovis alio  
colore aut fuco impediri non debeant, quominus de illis ut  
antea libere , ac sine impedimento disponere ualeant . Et si  
sequestrati fuerint occupatiue, aut detenti, integre libereq;  
ac sine exceptione uel mora prælatis, ad quos de iure legitim-  
meq; spectant, restituantur, de quibus si dissipati nusq; repe-  
titi possint , eorum iusta æstimatione facta , dictis Prælatis  
satisfici uolumus, per eos qui dictas sequestrations , appli-  
cationes, dissipatiōnesq; fecerint, aut fieri mandauerint, sub  
poena excommunicationis aut interdicti ecclesiastici taliū  
Principum terris & dominio eo ipso incurrentis. Et ut eorū,

ac eisdem subiectorum bona ubicūq; reperta, si moniti pa-  
rere noluerint, capi & retineri possint. Ipsi uero cōtra facien-  
tes tam supradictis poenis q̄ priuationis feudorum & Priui-  
legiorum, quæ a nobis & Romān. uel aliis ecclesiis nunc &  
pro tempore obtinuerint, & aliis contra uiolatores & op-  
pressores libertatis ecclesiasticæ etiam per extrauagantes, &  
alias constitutiones etiam incognitas, & forsan in usu non  
existentes impositis subiaceant. Quarum omnium tenores  
pro expressis & insertis habentes innouamus, ac perpetuum  
firmitatis robur habere decernimus & declaramus, ac secun-  
dum eas per quoscūq; Iudices etiam Sanctæ Romanæ Ec-  
clesiæ Card. iublata & adempta eis aliter Iudicandi, decla-  
randiq; potestate, sententiari, iudicari, & interpretari debere  
uolumus, atq; mandamus. Et cum a lure tam diuino q̄ hu-  
mano laicis potestas nulla in ecclesiasticas psonas attributa  
sit, innouamus omnes & singulas constitutiones fe.re. Boni-  
facii Papæ. viii. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit.  
Felicitis. & Clemēn. V. quæ incipit. Si quis suadente, necnon  
quacunque alias Apoitolicas Sanctiones in fauorem liber-  
tatis ecclesiasticæ, & contra eius uiolatores quomodolibet  
editas, & poenis etiam contra talia prælumen, in Bulla quæ  
legitur in Coena Domini cōtentis in suo robore pinansuris.

¶ Et cum in Lateraneñ. &c.

¶ Datum Romæ in publica Sessione in Lateraneñ. Sacro  
sancta Basilica, solenniter celebrata, Anno Incarnationis  
Dominicæ Millesimo quingētesimo quartodecimo, Tertio  
nonas Maii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

